

## CODEX 142. olim signatus 6/23.

*Foliorum 255, 164 : 124 mm., lineis plenis exaratus saeculo IX. Tituli litteris maiusculis concepti flavo colore sunt superducti, itemque litterae initiales et passim etiam verba quae ex sacrâ scripturâ et s. regulâ allegantur.*

### Expositio Basili episcopi & abbatum super regulam sancti Benedicti abbatum.

Primitus in nataliciis sanctorum qualiter vigiliae agantur. In sanctorum vero festiuitatibus uel omnibus sollempnitatibus, sicut diximus dominico die agendum, ita agatur. *Fol. 1. manu saeculi XI. vel XII.*

*Fol. 1'. TRES ENIM SUNT ECCLESIASTICAE DISCIPLINAE. Prima fisica i. e. naturalis. secunda aethica i. e. moralis. III. loica i. e. rationalis . . .*

*Fol. 32. Caput primum: DE GENERIBUS VEL VITA MONACHORUM incipit: Monachorum. III. esse genera usque militans sub regula uel abbate. Apte et congrue descripturus uitam et normam monachorum . . .*

*Fol. 253. Caput 61. s. regulae: DE MO. PEREGRINIS QUALITER SUSCIPIANTUR explicit (fol. 254') cum his verbis: Et ut haec permissio certior uestre claritati reddatur grecis hanc litteris iuxta patrum constitutionem firmare curauimus. Sca trinitas uos ubique beneualere concedat. AMEN.*

*Praesens commentarius multum concordat, multumque discordat et cum commentario a monachis Cassinensibus anno 1880 sub nomine Pauli Warnefridi in lucem prolato, et cum expositione Hildemaro adscripta quam Mettenses monachi eodem anno Ratisbonae prelo subiecere. De codice Augiensis qui Basilium abbatem auctorem dicit, cfr. Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner- und Cistercienser-Orden. Raigern 1888. Pag. 394 sqq.*

---

## CODEX 143. olim signatus 6/26.

*Foliorum 169, 160 : 112 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV. Tituli mensium, numeri lunarum et singulorum dierum litterae initiales minio scripta sunt.*

*Usuardus. Martyrologium germanicum.*